

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput III.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

qui fecit coelum et terram.

20 Exaltare Dñe in virtute tua: cum cantabimus, et psallemus virtutes tuas.

Dñe saluum fac regem. N. et exaudi nos, in die, qua invocaverimus te.

Caput III.

Psalmi ad corroborandū in Deo animum.

~~Psalmus 3.~~  
5. 1.

Contra tentationes diaboli

Psalmus 3.

Psalmus 3. Dñe, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? quam multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt anima mea: non est salus ipsi in Deo eius speranda.

Tu autem Dñe susceptor meus es: gloria mea, et exaltans caput meum. Nam

\* coelo Voce mea ad Dñum clamavi, et exaudivit me de \* monte sancto suo. Idco

Ego dormivi, et soporatus sum tute, et latus exurrexi, quia Dñus suscepit me.

\* hostis Non timebo millia \* populi circumdantis me: tantum exurge Dñe: et saluum me fac Deus meus.

\* vim Quoniam tu hactenus percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: et \* dentes peccatorum contrivisti.

\* A Dño \* Domini est salus mea: et super populū tuum est benedictio tua.

Psalmus 12.

Psalmus 12. Vsquequo Dñe oblivisceris me in finem? usquequo avertis faciem tuam à me.

Quamdiu ponam consilia in anima mea, pro

pace mea? et dolorem in corde meo per diem  
patiar?

Vsquequo exaltabitur inimicus meus su-  
per me tentando me? respice, et exaudi me  
Dñe Deus meus.

Illumina oculos meos, ne unquam obdor-  
miam in morte peccati: ne quando dicat ini-  
micus meus: provalui adversus eum; nam  
Qui tribulant me, exultabunt, si motus  
fuero à via justa: ego autem in misericor-  
dia tua speravi.

Exultabit cor meum in salutari tuo,  
cantabo Dño, qui bona tribuit mihi: et  
psallam nomini Dñi Altissimi:

Psalmus 12.

Judica Dñe nocentes me: expugna impu-  
gnantes me.

Apprehende arma, et scutum: et exurge  
in adjutorium mihi.

Conclude viam adversus eos, qui persequun-  
tur me, ne accedant ad me: dic anima mea  
salus tua ego sum.

Confundantur, et erubescant, quarentes  
animam meam.

Avertantur retrorsum, et confundantur,  
cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam pulvis ante faciem venti:  
et Angelus Dñi <sup>scilicet</sup> torretans eos.

Anima autem mea exultabit in Dño à ten-  
tatione erepta: et delectabitur super salu-  
tari suo.

Omnia\* ossa mea dicent: Domine, quis <sup>\*interiora</sup>  
similis tibi.

193  
Confitebor tibi in Ecclesia magna: in populo gravi laudabo te.

Psalmus 90

Qui habitat in adiutorio Altissimi in protectione Dei coeli comorabitur.

Dicet Domino, Susceptor meus es tu, et refugium meum: Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo \*demonum\* + venantium, et à verbo aspero.

+ Scapulis suis obumbravit tibi: et sub pennis eius sperabis.

Scuto circumdabit te veritas: + non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio, perambulante in tenebris, ab incursu, et demonio meridiano tutus eris.

Quoniam dixisti: tu es Dñe spes mea: Altissimum posuisti refugium meum. Idco

Non accedet ad te malum: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

+ Super aspidem, et basiliscum ambulabis, et conculcabis Leonem et draconem.

+ A verbo aspero, id est, ab illa terribi sententia damnationis aeternae. Titelm. h.

+ Scapulis e. i. e. fortitudine sua proteget te, et sub hac protectione tutus eris.

+ Non timebis. Iste et sequens versus nihil aliud innuunt, nisi quod ille, qui in Deo confidit, à nullo genere mali timeat, quod sine in nocte, sive in die, sive occultè, sive palè, seu demon, seu homo ei machinari possit. vid. Lorin. Bellarm. Flamin. h.

+ ad lapidem. Per lapidem intellige scandala tentationes e. per pedes vero affectus nostros. vid. Bellarm. h.

+ Super aspidem e. per hac y animantia intelligit D. Bernardus diversos demones diversorum ingeniorum et ad diversa scilicet sollicitantium super quos ambulamus, cum eorum tentationes vincimus.

Psalmus 69.

Deus in adiutorium meum intende: Dne ad ad-  
juvandum me festina.

Confundantur, et revereantur: qui quarunt ani-  
mam meam perdere.

Avertantur retrorsum, et erubescant, qui volunt  
michi mala.

Avertantur statim erubescentes: qui dicunt michi:  
euge, euge

Exultent vero, et letentur in te omnes, qui que-  
runt te: et dicant semper, magnificetur Dominus,  
qui diligunt salutare tuum

Ego vero egenus, et pauper sum: ideo Deus ad-  
iuva me.

Ajutor meus, et liberator meus es tu. Do-  
mine ne moreris opem ferre.

S. 2.

Contra languorem et afflictionem animi.

Psalmus 39.

Expectans, expectavi Dominum, et inten-  
dit michi: ~~et exaudivit preces meas: et edu-~~  
~~xit me de lacu miseriae, et de luto faecis.~~

Et exaudivit preces meas: et eduavit me de  
lacu miseriae, et de luto faecis.

Beatus vir, cuius est nomen Dni spes eius:  
et non respexit in vanitates, et insanias falsas.

Multa fecisti tu Dne Deus meus mirabilia  
tua, et in cogitationibus tuis non est, qui  
similis ~~tibi~~ sit tibi.

Tu autem Dne, ne longo facias miseratio-  
nes tuas a me: nam misericordia tua, et veritas  
tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quoru  
non est numerus: comprehenderunt me iniquitates

mea, et non potui, ut viderem quot sint.

Complacere tibi Domine, ut eruas me: Domine ad adjuvandum me respice.

Confundantur, et revereantur simul, qui quarunt animam meam, ut auferant eam.

Adjutor meus, et p[ro]tector

Ego autem mendicium sum et pauper: sed Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus, et protector meus tu es: Deus meus ne tardaveris opitulari.

Psalm. 54.

Exaudi Deus orationem meam: et ne despereris deprecationem meam: intende mihi, et exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum à voce inimici, et à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinaverunt in me iniquitates, et in ira molesti erant mihi.

Cor meum conturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me.

Timor, et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebrae nocturnae.

Et dixi: quis dabit mihi pennas sicut columba: et volabo, et requiescam in Deo.

Eccce me elongavi fugiens homines: et mansi in solitudine.

\* Deum  
\* perturbacione Expectabam eum, qui salvum me faceret à pusillanimitate spiritus, et tempestate mentis.

Ego autem ad Deum clamavi, et Dominus salvabit me.

Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi, ut noceant.

Facta ergo super Dñm curam tuā, anima  
mea, et ipse sustentabit, non enim dabit \* fulciet  
in aeternum fluctuationem justo.

Psalm. 70.

In te Dñe speravi, non confundar in aeter-  
num: in justitia tua libera me, et eripe me  
a malis.

Inclina ad me aurem tuam: et  
salva me.

Esto mihi in Deum protectore, et in lo-  
cum munitum: ut salvum me facias.

Quoniam firmamentum meum: et refugium  
meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris  
et de manu contra legem tuam agentis, et ini-  
qui.

Quoniam tu es patientia<sup>mea</sup> Dñe. Domine  
tu es spes mea a juventute mea.

Deus ne elongeris a me: Deus meus in auxi-  
lium meum respice.

Ego autem semper sperabo: et adjiciam lau-  
des super omnem laudem tuam.

Quantas ostendisti mihi tribulationes mul-  
tas et malas, et rursus conversus vivificasti  
me: et de abyssis<sup>et</sup> terra iterum reduxisti me. \* misericordie

Multiplicasti magnificentiam tuam in me:  
et conversus consolatus es me.

Psalm. 76.

Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad  
Deum, et intendit mihi.

In die tribulationis mea Deum exquisivi mani-  
bus nocte contra eum expansis, et non sum decop-  
tus spe mea.

Constituit consolari anima mea: ideo memor  
fui Dei, et in eo delectatus sum.

Anticipaverunt vigilias aliorum oculi mei:  
turbatus sum, et non sum ultra locutus:

Cogitari enim dies antiquos, et annos a-  
ternos in mente habui.

\*placation  
Nunquid in aeternum proiciet me Deus:  
aut non apponet, ut \*complacitior sit adhuc?

\*sanctitate  
~~Deus in \*sancto est via tua, quis Deus~~

Et dixi: nunc coepi respirare: sed haec muta-  
tio est dexteræ excelsi:

\*sanctitate  
Deus enim in \*sancto est via tua, quis Deus  
magnus sicut Deus noster? Tu es Deus, qui fa-  
cis mirabilia.

§ 3.

Psalmi ad dirigendam mentem et de-  
pellendam pusillanimitatem Spiritus.

Psalm. 22.

Dñs regit me, et nihil mihi deerit: in lo-  
co pascuae ibi me collocavit enutriendum.

Super aquam refectionis educavit me: et ani-  
mam meam convertit ad se.

Deducit me super semitas justitiae, propter no-  
men suum.

Nam etsi ambulavero in medio umbrae mortis,  
non timebo mala: quoniam tu mecum es.

\* Virga tua et baculus tuus, ipsa me consola-  
ta sunt.

+ in loco C Coetus fidelium, seu Ecclesia vere est locus pas-  
cuae; ibi enim B. Scriptura, fides, sacramenta C. quibus  
anima pascitur.

+ Virga denotat curam pastorem; baculus vero fa-  
vorem, seu gratiam, quâ sustentatur anima, sicut  
infirmus baculo. Haym.

Parasti in conspectu <sup>meo</sup> ~~et~~ mensam, adversus eos,  
qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: et cali-  
x meus inebrians, quam praclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me, omnibus  
diebus vitae meae.

Et fiet, ut inhabitem in domo Domini, in  
longitudinem dierum.

Psalm 119.

Ad Dñm, cum tribularer, clamavi: et exau-  
divit me.

Domine libera animam meam à labiis ini-  
quis: et à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi  
praemis ò impie, \* ad linguam tuam dolosam? \* propter

† Sagittae potentis acuta te manent, cum carboni-  
bus desolatoriis.

Heu mihi quia incolatus meus hic prolonga-  
tus est: habitavi cum habitantibus Cedar:  
multum incola fuit anima mea cum illis.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum  
loquebar illis, impugnabant me gratis.

Psalmus 120.

Levavi oculos meos in montes: unde veniet auxi-  
lium mihi. Nam

Auxilium meum à Domino, qui fecit coelum

† Mensa. Mensa sunt consolationes divinae, quae miris confor-  
tant contra perturbationes animi. Vid. Jerem.

† in oleo. Sicut unguentum, sic spiritus s. mentem reficit.

† calix. Anima pia nil magis sedit, quam calicem i.e. dulcedi-  
nem divini amoris.

† Sagittae. Per sagittas et carbones varia suppliciorum ac poena-  
rum genera intelliguntur Euthym.

† Cedar. Per Cedareos significantur homines pravi, ac omni-  
religionis expertes. Titelm. Flamin.

et terram .

+ Non det in commotionem pedem tuum & anima mea: neq; dormiet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neq; dormiet in tua cura: qui custodit Israel

\* juxta Dnus custodit te, Dnus est protectio tua, \* super manum dexteram tuam .

+ Per diem sol non uret te, neq; luna per noctem .

Dominus custodit te ab omni malo, custodiam animam tuam Dnus .

Dnus custodiat introitum tuum, et exitum tuum; ex hoc nunc et usq; in saeculum .

### Caput IV.

#### Consolatio pusillanimum ex sacris litteris deprompta.

Isai 35. Consolamini, consolamini popule meus, confortamini pusillanimes, quia ego Deus vester .

Omnes sitientes venite ad aquas, et qui non habetis ~~aurum~~ argentum, properate .

Venite, emite absq; argento, et absq; ulla commutatione vinum et lac .

Audite audientes, et comedite bonum: et delectabitur in crassitudine anima vestra .

Apoc 21. Ego sitienti dabo de fonte aqua viva gratis, qui vicerit, possidebit haec, et ero illi Deus, et ipse erit mihi filius .

+ Non det C. id est, non dabit in lapsum peccati pedem seu affectus aut desideria tua .

+ Per diem C. i. e. prospera non extollent te, neq; adversa deiciant. Quid in die et nocte, ait s. Hieronymus, hoc et in sole significatur et luna: quia justus nec prosperis elevari potest, nec in tribus debui .

+ Introitu C. Est Hebraismus, et sensus est. Deus omnia tua negotia prosperet, et in omnibus te dirigat, sive interna, sive externa curare volueris. Genes. h.